

Oratio Reuerendi domini .A. de Ghinucciis
de Senis Episcopi Suanen ad Sanctissimum do-
minum dominum Innocentium papam octauum
pro Re Publica Senen.

A Nec celsitudinis tue conspectum summe
christianorum pontifex. celi hostiarie &
in terris unice Iesu christi uicarie in tan-
to presertim Reuerendissimorum Cardinalium.
ceterorumq; astantium presulum. ac uirorum in
signium cetu mee imbecillitatis cōsciū impellor
tacere magis q̄ loqui. Verum excelsi magistrat⁹
Senen collegarumq; meorum monitis astrictus ip-
sis obtemperandum mei officii omnino esse duxi
que tamen in presentiarum sunt mihi narranda
q̄ breui potero oratione perstringam ut si min⁹
eloquentie laudem. saltem breuitatis gratiam me
ruisse uidear. Meditans igitur ipsius magistrat⁹
iussu nostri ad sacros tue beatitudinis pedes ac-
cessus causam exponere in hanc deueni considera-
tionem. quod diuini altitudo consilii ineffabili sa-
pientia uniuersa gubernans ex excelsosq; ecclesie
sue oportuna prospiciens nō sine dispensatiōe cun-
teratiōis gregis sue pastores alternat ut p̄ uicissi

tudines successionis hmoi summorum pontifici
 iuxta in eos diuersa a deo collata dona de uirtute
 in uirtutem gradientiuz ecclesia ipsa diuersis ho
 norum ac exaltationum ornamentis quotidie effo
 reat. fides augeat diuini cultus gloria in dies sub
 limetur Summa itaq; disponente puidencia Six
 to quarto clementissimo Scientia atq; sanctitate
 predito ad celos euocato. qui in humanis degens
 maxima ac memorada gessit. Innocentiū octauu
 uere innocentem manibus & mundo corde. fidei
 cultorem. iusticie fautorem pacis amatorem. qui
 etis fundatorem. probitate uirtutibusq; q; pluri
 mis ornatum. longe maiora gesturū in petri sede
 successorez cernimus gloriosum. Quare toto cor
 dis iubilo quemadmoduz magi duce stella uatū
 christuz ita nos oues tue Senen claritatis tue sua
 uitate ducti te sancti spiritus afflatu creatū pasto
 rem qua decet ueneratione adoratū uenim⁹. una
 cum sacraria cantantes. Benedictus dominus de
 us israhel qui erexit cornu salutis in ecclesia sua.
 constituenste principum principem & pastorem
 omnium populorū. hic est dies preclarus. hic di
 es colendus hic dies optate salutis. quem cociues
 tui Senen uidentes gauisi sunt gaudio magno.

Letare senensis patria. exulta uirginis ciuitas. q̄
 tot tuis ciuibus summis pontificib⁹ Alexandro in
 quam. iiii. cuius adhuc Senis extant edes atq; p̄
 genes. Gregorio. vii. suanesi iurisdictionis senarū
 Eugenio. iiii. licet origine ueneto ciuilitate tamē
 & Ep̄scopo senē. Pio. ii. uere pio de nobilissima
 ac florentissima domo piccolhominea. Paulo. ii.
 similiter natione ueneto sua autem electione ciue
 senē **Q**uorum oīm preclara ac gloriosissima ge
 sta ne p̄lixioris sermonis tedio audiētes afficiam
 ad Innocentiū rediens obmittēda putauī. Splen
 dor enim ortus tui piissime pater solis quidē ge
 rit imaginem qui nō solum deuotissime ciuitatis
 tue senē languores ac tenebras pepulit uerū etiā
 uniuersum terrarum orbem lucis sue radiis illu
 strauit. Cognoscimus insuper atq; fatemur maie
 statis tue potestatem super oēs alias huius seculi
 esse potestates regnumq; tuum oibus dñari. qua
 propter tibi sena tuam per adoptionē patriāz ciui
 tatis libertatem floriduz p̄ntem statū ciues popu
 lum subditos. clerum ecclesias pia ac religiosa lo
 ca atq; personas cunctorū quoq; corpora animasq;
 oēs sub alarum tuarū umbra quiescentes. toto cor
 de. tota memte. totis uisceribus. tota deniq; de uo

tionem ac humillime commendamus. qui sic in tui clipei
protectione confidunt. ut nulla fortune fulmina
mandiue aduersa formident. Beatitudini postre-
mo tue & huic sacro Reuerendissimorū Cardina-
lium collegio post oīa rei publice senē bona atq;
fortuna humillima illius induiti populi in fidei
feruore exuantia corda. ad ipsius & huius sancte
sedis beneplacita ac mandata pmissima pollice-
mur atq; offerimus. congruam. solitam sanctamq;
obedientiam. debita fidelitate ilares exhibentes.
Pro cuius sancteq; Romane ecclesie & huius sacri
collegii p̄spero ac felici statu tum fidelitatis pre-
dicte. tum etiam in itī federis debito una cuz iam
corū oblaris facultatibus etiam seip̄os libentissi-
me exponerēt. labores atq; discrimina nunq; re-
cusaturi. Nos ergo omnes christi fideles misericor-
dem dei nostri clementiam supplices deprecemur
ut Innocentii innocentiam impugnantēs expug-
net fidem in diebus suis muniat deuotionem mul-
tiplicet. pacem axgeat. ipsiq; superni presidii se-
dula diuinitio assistat quem misericorditer eccle-
sie sue presidere uoluit.



Inc

1261